Recensiones

A.J. Pfiffig, *Obitorium Canoniae Gerusanae*. Ein bisher nicht beachtetes Totenbuch des Stiftes Geras. (Studien und Forschungen aus dem Niederösterreichischen Institut für Landeskunde). Wien, 1980, 317 p.

Quamvis manuscriptum in praesenti editione evulgatum, verbo minus usitato: *Obitorium* designetur, lectores huius periodici profecto noscunt sermonem esse de libro cui nomen: *Obitarium*, *Obituarium*, *Necrologium*, scilicet de: Mortuali libro, in quo defunctorum nomina describuntur. Quinam defuncti? Illi qui professione, beneficiis, fraternitate vel alio titulo alicui domui religiosae, abbatiae, monasterio adscripti erant. A. Žák iam annis 1910-1912 edidit: *Die Totenbücher der Stifte Geras und Pernegg*. Nunc doctus confrater noster A.J. Pfiffig, senior conventus, bibliothecarius et fac-totum canoniae Gerusenae, editionem Obitorii illius abbatiae aggressus est. Primo loco codicem manuscriptum saec. XVIII^{i} describit, ubi inveniuntur nomina fratrum et sororum, non tantum abbatiae ipsius, sed etiam illorum locorum et monasteriorum qui una alterave ratione societatem cum Gerusena domo inierunt. In introductione etiam modum edendi proponit. Sequitur tunc «*Textausgabe*», a prima die mensis Januarii ad ultimam mensis Decembris: defuncti a saec. XV^{o} ad finem saec. XVIII^{i}. Summatim exponit tunc: *Böhmische Zirkarie des Ordens der Prämonstratenser Chorherren*. (p. 231-233). Me dolet non plures notitias ad calcem paginae dari, cum finis editionis Obitorii sit apprime noscere vitam defunctorum et eorum opera palam facere. Sequuntur tres indices: nomina locorum, dein praenomina et postremo familiae defunctorum nomina.

Sperandum est confratrem A.J. Pfiffig adhuc alia documenta ex divite bibliotheca Gerusena editurum esse.

J.B. Valvekens (†).

Schlägl in Dichtung und Literatur, redigiert und herausgegeben von Isfried H. Pichler, O. Praem. (Schlägler Schriften, Band 7), Linz 1981, 336 p.

Dank zij het regelmatig verschijnen van de *Schlägler Schriften* wordt het leven van de bloeiende abdij Schlägl, in het Oberösterreichische Mühlviertel, op een wetenschappelijk verantwoorde wijze onderzocht.

In het keurig verzorgde boek dat nu voor ons ligt, krijgt de schrijver Adalbert Stifter (1805-1868) bijzondere aandacht. Aanleiding was de belangstelling die de Schlägler koorheer Prof. Evermodus Gross, (1906-1975), in leven leraar aan het Petrinum te Linz, voor deze dichter uit